

Franz Dietrich Kohl


Epistola Consolatoria

[Kiel]: [Verlag nicht ermittelbar], [1711]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1733476423>

Druck Freier  Zugang





enth. 32 Stücke


J 2 II

1899 / 500

-40

DR. SEBAST. KORTHOLOTTIO,
FRANCISCO THEOPHILICO KORTHOLOTTIO,
EPISTOLA CONSOLATORIA.

ILLUSTRI VIRO
DN. SEBAST. KORTHOLTIO,
Poës. & Moral. Profeflori celeberr.
*præmaturum lectiff. Conjugis obitum
lugenti*
Salut. plurim. dicit
FRANCISC. THEODERIC. KOHLIUS,
Sch. Kil. Moderator.

 Non defuissem, pro meâ in Te Tuosque ob-
servantiâ, VIR Excellentissime, muneri meo,
quo minus, in hoc gravissimo tuo luctu, co-
ram aliquid consolationis afferrem : nisi af-
flictis & ab animo ægris idem aliquando accidere sci-
rem, quod ægrotis & qui morbo graviter conflictantur,
plerumque accidit, ut ex Amicorum, qui salutandi cau-
ra accedunt, frequentia plus ipsi molestia tædiique, uti
nunc quidem fit, capiant, quam levationis. Quæ potif-
simum causa fuit, quod meam hanc ægritudinis, quam
Tibi debeo, societatem per hoc quicquid est littera-
rum potius, quam, recenti dolore, coram adeundo de-
clarare volui. Qua quidem officii tarditate seu mora
si quid forte peccatum sit, illud, quæ tua est Humanitas,
amica interpretatione corrigas oro. Consolationem
ipsam quod attinet, ne parum vel intelligere vel
æstimare tuum hoc vulnus videar: habes adeo, mœ-
stissime Vidue, quod doleas, quod etiam atque etiam
ingemiscas. Conjugem, animæ tuæ dimidium, effers, ob
eximias animi corporisque dotes, Indorum gazis longe
Tibi cariorem, bonis omnibus probatam. Hanc talem
animiffimam

amissam lugens, in ipso flore ætatis extinctam, crudelique
fato, sic enim primâ specie videtur, tuis amplexibus ere-
ptam. Superaverat illa, jam quartum puerpera, acutif-
simos partus dolores, Filiolam enixa: cum denuo pro-
vocata ad conflictum morti succumbit. Hæret animo
tuo vultus amabilitas, hæret plusquam Penelopæa tuæ
Lucretiæ fides. cumque paululum ab ægritudine men-
tem abduxisti: quoties orbos Parente Liberos intueris,
toties malum hoc integrascit. Verum, si comparata ad-
versus dolorem tuum præsidia cogites: non tam lachry-
mis & mœrore quam gratulatione & gaudio funus hoc
prosequendum putabis. Nam si gravissimæ etiam vexa-
tiones, Jacobi præcepto, quales tum Christianis in dies
ferè singulos accidebant, lætitiâ illis non mœstitiam
afferre debent: quo tandem animo leviores hujusmodi
calamitates tolerari conveniet? Non est igitur, Amicif-
sime Fautor, si recta nobis cum via rem istam reputemus,
quod vehementer doleas, aut graviter ingemiscas. Ut
enim injuriæ, sic etiam afflictiones, justo plerumque
graviore mortalibus videntur. Non est inquam, KORT-
HOLTI, quod vel Defunctæ, vel tuam aut Liberos for-
tem queraris. Defunctæ Conjugis vicem dolere quâ po-
tes? quam in feliciorum longè statum translata haud
negabis. Morbum ea ferè perpetuum sanitate, labo-
rem quiete, pericula securitate, mundum cœlo, mor-
tem vita commutavit. Tuam ipsius fortunam dolebis?
At ita Te ipsum plus, quam Uxorem, amaveris. Libero-
rum & tuam orbitatem consolatur Divina Providentia,
quæ nostras DEO fidentium ærumnas, vel in pernici-
em nostram ab inimicis cogitatas, ad salutem non minori
bonitate quam potentia convertit. Quamobrem cave

moero-

moerori Te des: quin potius hoc Tibi negotii datum a DEO credas, ut omnes tuam animi Constantiam, in adversis, ut aurum igne, spectatam, prædicent ac admirrentur. Cæterum, & si meis versibus Tibi, Poëtarum hodie Principi, obstrepere nollem: tamen hoc qualecunque Epitaphium huic epistolæ subnexum vel infer tum, unâ cum cæteris benigne accipias velim.

Hic jacet ANNA suo LOBETANZIA cara Marito
Conjux, feminei Flosque Decusque Chori!
Quartum enixa thori Pignus, teneramque Puellam,
Victrix, quam subito vulnere victa, cadit!
Cum nihil ille cebras mundi vanasque choréas
Penderet: hæc Sponsus dulcia verba dedit.
Anna, veni! Dilecta veni! cœlestia Sponsam
Regna vocant, Sponsus Te petit! Anna! veni!
Quo fugis? Anna mane! attonitus KORTHOLIUS inquit.

Sed frustra: ingeminat Sponsus: Amata veni!
Parens illa fugit! terris erepta, beato
Nunc choreas ducit, ^(non)_(jam) reditura, Choro.


Tu vero, carissime DEO DEUMQUE amantibus KORTHOLTI, quem neque voluptas neque dolor a DEI SALVATORIS vel amore vel fiducia abstrahit, orbi litterato litterarum elegantium Statorem, & illustrem adeo Poëtam, Professoribus Collegam exoptatum, Academiæ Decus, Liberis Parentem, Cognatis & Amicis Theseum, mihi meisque Fautorem benevolum conserva! Vale! Dabam e mus. pridie idus Martias, Anno post natam orbi Salutem M DCCXI,

33


LBMV Schwerin

000 314 889





NEQVE T
AB INGEN
AVT AB ART
QVIN POTIVS A
ET A DOLOR
EXIGVVM HOC MAGNI AM
MAESTI
SEBASTIAN V
PHIL. MOR.
CVI ACER
OMNI AQ
ET IC
PLANE I
EX QVO IDEM CVM
NON SOLVM ANNAM C
SED ETIAM FLENSB
ANNAM GVDIAM, MA
KILONII ET IPSAM MATR
ROSTOCHII
LINDEMANNÆ SORORIS SV
IDEOQVE TRIBVS AN
QVATVOR
FVNERAQVE FV
ET LACRIMIS SVIS ET
ABI
ET HOC NIMIAE FRAGILIT
VITAM NOSTRA
ET E MOMENTO PE
DISCE, VEL SECVNDIS
QVVM CERTA MORTIS
PROINDE TOTA VITA
VT IN
NON TAM VI
QVAM MO
CO



SSENIA
NDIAM,
IS INSIGNE;
DESIDERIVM,
T FLETVS.
DOLORIS MONVMENTVM
OSVIT
RTHOLTVS,
EOS PROF.
DLORES
TALIA,
TICO
KERE,
TVM EXPERTVS,
I SIBI VITA CARIOREM,
AM DEFVNCTAE,
CO SIBI DILECTAM,
M OPTIMAM ANNAM,
ANNAM,
M VNICAM ET NVBILEM,
DVM CIRCVMACTIS,
AMISIT,
CVMVLATA
PROSEQVTVS EST.
MANAE EXEMPLO DISCE,
VISSIMO FILO,
AETERNITATEM.
ORTVNAM VERERI,
HIL SIT INCERTIVS.
DITATIO SIT MORTIS,
RE
M MORTE,
VM VITA